

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](#)

que meditationem in persona Beatis. Virginis. Posthæc aliam simili-  
ter in persona primi institutoris Or-  
dinis nostri.

3. Vel denique possumus tres ha-  
ce personas in vna simul meditatio-  
ne coniungere & considerare:

1. Quam Christus Dominus noster,  
castus, pauper & obediens in omni vi-  
ta fuerit.

2. Quam in ijsdem virtutibus bea-  
tiss. virgo Maria excelluerit.

3. Quam eadem virtutes in religio-  
nis nostræ primo institutore conspi-  
cuæ extiterint.

#### SECUNDA.

**S**ecundò poterunt vota singula  
per se in meditationem assumi, &  
vna vel plures meditationes primū  
de paupertate, tum de castitate, de-  
mum de obedientia formari. Pos-  
sunt autem in singulis hæc potissi-  
mum considerari.

1. Quid exempli gratia, sic pauper-  
tas, & in quo consistat esse pauperē.

D 5 2. Quam

58 DE PERFECTIONE

2. Quam pulchra, excellens, utilis  
& necessarià sit hæc virtus, expen-  
dendo speciatim insignes quas adfert  
utilitates.
3. Quantoperè virtus hæc placeat  
Deo, quamque hominem illi gratum  
& acceptum reddat.
4. Quibus exemplis ad hanc vir-  
tutē Christus nobis præiuerit, qui-  
bus etiam monitis & doctrinis ade-  
am nos excitauerit.
5. Quam longè haec tenus à virtute  
hac abs fuerim, de quo veniam à Deo  
precabor.
6. Quid mihi deinceps agendum  
sit, ut hanc virtutem asséqui valeam.

TERTIA.

Tertiò poterunt mente tractari o-  
mnia & singula verba in votorum  
seu professionis formula contenta,  
quæ licet pro Ordinum varietate di-  
uersa sit, ut plurimum tamen quinq;  
hæc in se cōplete tur, nimicum. Quis  
sit qui vœat. Quid vœat. Cui vo-  
eat. In cuius præsentia vœat, &  
preces